



## PENITENZIERIA APOSTOLICA

Prot. N. 01890/2023-809/23/I

### DECRETUM

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, vi facultatum sibi specialissimo modo a Sanctissimo in Christo Patre et Domino Nostro, Domino Francisco Divina Providentia Papa tributarum, Exc.mo ac Rev.mo Patri Domino Gerardo Antonazzo, Episcopo Sorano-Cassinensi-Aquinatensi-Pontiscurvi, benigne concedit ut, die XIV Iulii MMXXIII, in iubilaeo Sancti Thomae de Aquino, post litatum divinum Sacrificium in Sancti Thomae ecclesia de Roccha Sicca, impertiat omnibus christifidelibus adstantibus qui, vere paenitentes atque caritate compulsi, iisdem interfuerint sacris, **papalem Benedictionem** cum adnexa *plenaria Indulgentia*, suetis sub condicionebus (sacramentali Confessione, eucharistica Communione et Oratione ad mentem Summi Pontificis) lucranda.

Christifideles qui **papalem Benedictionem** devote acceperint, etsi, rationabili circumstantia, sacris ritibus physice non adfuerint, dummodo ritus ipsos, dum peraguntur, ope communicationis instrumentorum propagatos pia mentis intentione secuti fuerint, *plenariam Indulgentiam*, ad normam iuris, consequi valebunt.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Paenitentiariae Apostolicae, die XXVII mensis Iunii, anno Dominicae Incarnationis MMXXIII.

MAURUS Card. PIACENZA  
Paenitentiarius Maior

CHRISTOPHORUS NYKIEL  
Regens